

Macrus

DOMINICI
MACRI
HIEROLEXICON.

fr. Joseph del ~~Boxer~~

La Ildeonso Berrondo



Macri
DOMINICI MACRI
MELITENSIS
HIEROLEXICI

S I V E

SACRI DITIONARII

EDITIO SEXTA

Octo mille circiter vocibus hoc signo ¶ notatis, & triplici
Indice nunc primum aucta

ET IN DUOS TOMOS DISTRIBUTA

QUORUM PRIMUS

ab A. usque M.



BONONIAE MDCCLXV.

Ex Typographia Sancti Thomae Aquinatis
Superiorum auctoritate.



ILLUSTRISSIMO ATQUE REVERENDISSIMO

MARCO CORNELIO

EPISCOPO TORCELLANO

P. M.

F.



Uas antea eximias egregiasque virtutes in te, Præsul Amplissime, singularibus aliorum præconiis celebrari hauriebam auribus, aliquando, & quidem sæpius meismet oculis intuentem cupiditas me vehemens cepit investigandi rationem aliquam, unde pateret aditus ad meam in Te observantiam ex earundem virtutum admiratione profectam publice significandam. At quid ego in hac ingenii mei tenuitate præstare possim dignum Te, cujus nomen cum ex nobili genere atque opibus, ex majorum gloria & meritis magnopere prædicetur, ipse tamen tantum habes ex te, ut sepositis quæ tuorum sunt, omnes semper in tui admirationem converteris. Patriam tuammet appello testem quæ in ipso juventutis flore senilem prudentiam, virilem animum & gravitatem, indolis suavitatem, bonarum artium studium, & cum cæteris præcellentibus dotibus in summa rerum abundantia modum in te magna sua cum voluptate suspexit, jam tum præsentiens quanta, quamque ad commune bonum utilis ex hac semente messis proditura



HIEROLEXICON,

S I V E

SACRUM DICTIONARIUM.

A

A Est nota comminatoria in Sacra Scriptura, & apud ejus Expositores, ut ex. gr. *Dispos domui tue* Et. *Isaie cap. 28. Adhuc quadraginta dies,* &c. *Jonae cap. 2.* ubi littera A, præposita, a Græcis

ἀπειλή, idest, comminatio, vocatur. FR. Vide latius lib. 3. Biblioth. Sanctæ Sixti Senensis.

¶ Hujus litteræ vis omnis minæ est tantum apud Græcos; non ita apud Latinos, quibus minæ signum usitatus est vox *onus*, quæ frequenter apud Prophetas invenitur. = A, est etiam nota imperfectionis. Vide *Ephron*. Item signum absolutionis. Vide *Pandectæ*.

¶ AASSUOREN. EED. Juris jurandi species, quod præcedere candentis ferri judicium debet. Vide Andr. Suen. Archiep. Lundens. lib. 5. & 7. & 9. Eed. etiam Theutonibus juramentum; & apud Germanos *Geschworne eid*, quod idem valet, ac Aassuoren-Eed.

¶ AB. Apud Hebræos Patrem significat; Chaldeis, & Syiis est *Abba*, Græcis *Abbas*, quemadmodum & apud Latinos obtinet, Hinc *l'Abbè Gall*, quod apud omnes fere gentes usitatum est, a quodam Erudito dictum *quælibet inenodabile*, quæ non appelle *l'Abbè*.

AB. Dicitur quintus Mensis Hebræorum ¶ in ordine Ecclesiastico, & undecimus in civili. Prima huius Mensis die jejuntant Hebræi ob A Hierolexicon Magri.

aronis mortem: nona propter Templi Salomonis incendium a Chaldeis illatum, obque ejus eversionem inde a Romanis factam: decima octava autem ob lampadem extinctam, quæ inventa fuit in Sanctuario tempore Achaz. Dictionar. Bib. tom. 1. pag. 3. = Sherlogii Diatriba antiq. hebr. lib. 2. dist. 4. sect. 5. n. 29. ¶ Apud Syrios, Ab, postremus est Mensium Ætatis.

¶ ABA. Angliæ locus, unde an. 1012. Concilium Albanense dictum, vel apud Hambam, cui intervenit Rex Edredus. Septem sancita fuerunt decreta ad Ecclesiasticam Disciplinam spectantia. Lab. tom. 19. Hæc vox etiam valet *rustum prædium*. Chart. Ricard. Augustæ pro Stuyag. Monast. inter probat. hist. Tull. p. 7. *Quinquaginta duas Abas cum vineis, terris pratis*, &c. Demum etiam Compellatio nem significat. S. Ben. in Reg. c. 62.

¶ ABACINARE, ET ABBACINARE. Obcare. Variis id fiebat modis, nempe ferro, vel Pelvi candescente (unde etymologia hujusce vocis, ex eo quod ab Italis dictus pelvis *Bacino*). Ex hisce duobus quidvis admotum oculos exlicebat. Nanq. in Chron. an. 1102. *Henricus Rex Anglorum Robertum Fratrem suum bello victum capit*, & ei *lumen Pelvi candente*, & *valde ignescente apposita extinxit*. Fiebat etiam inflammari re percussione speculi, ut narrat Plutarch. lib. *περί πολυπραγμοσύνης*. Democritum illuc oculos

A

fige n.